e-codices

Ex forma continui. Cui fides magna ēē
credit, ut dicit. Cum apud deum omnia sunt possi
bilia. Quid ambiguum posse facere cre
atorem talia, cum in creaturis hoc uide
amus fieri quadam similitudine sicut in exem
Ex^a. plis scriptis. Videmus in speculo paruo
maximarum rerum ut solis et lune quantitates
et multarum rerum diuersitates. Habes tu
ipse in paruo pectore tuo magnam celesti
um sapientiam et terrestrium scientiam. Quid ergo
impossibile deo si sapientia dei incarnata potest in
parua forma inueniri. Videmus in par
uo lapide pretioso magnas et multas uir
tutes. Videmus in paruo pectore principis
magnam potestatem. In paruo corde pape
magnam auctoritatem. Quid ergo impossibile est christo
in parua hostia latere. Videmus magna
signata sub paruis signis. Sub hoc enim
signo siue sub hac parua dictione deus. uide
mus comprehendi totam trinitatem. quanto
magis sub parua hostia potest contineri totus
christus. Immo uidemus sub parua hac dic
tione et modico signo. omne. duarum No
sillabarum et .iiij. litterarum. contineri omnem crea
turam. celum et omnia celestia. terram et omnia
terrestria. infernum et omnia infernalia et
omnia creata alia. Quid igitur impossibile si in
parua hostia comprehendatur totus christus.
cum in tam parua dictione. omne. comprehen
duntur omnia bona et mala. Qui hec ergo
in creaturis negare nequeunt. erubes
cant discredere in creatore. Valde igitur
.A. ceci sunt qui hoc non credunt. Magna est
cena de sacramento dominici corporis quo ad ma
gnum et multiplicem effectum in sumente.
Magnum enim et maximum bonum facit in
sumente si digne sumatur. et mag
num immo et maximum malum si indig
ne. Sicut enim sancta prosunt bonis ita et
obsunt malis. ut dicit Glo. ad Cor. xi.
Qui manducat hunc panem et cetera. Vnde
sacramentum eucharistie licet sit summe bonum obe

tamen malis. quemadmodum uinum licet in se sit
bonum et sanum sanis. febricitantibus tamen
et infirmis infirmum est et nociuum. Ita
autem sacramentum eucharistie summe bonum est. non
in sumente bonum efficit. Accidentaliter autem ma
lum. quemadmodum uidemus in qualitatibus
quod caliditas naturaliter calefacit. accidenta
liter autem infrigidat. Vnde uidemus putte
os et fontes estiuo tempore infrigidari.
Nam ex caliditate estatis multa fit po
rorum ac uiscerum terre apertio. vnde ex
ea educuntur uapores calidi. quibus
sublatis uiscera terre et aque que in uisceribus
uisceribus sunt infrigidantur naturaliter et fri
giditas naturaliter infrigidat. accidentaliter
calefacit. ut uidemus in calce. cum si No
aquam frigidam superinfundimus fortius e
calefit. Sic et corpus christi in se bonum naturaliter
bonum maximum in homine efficit. accide
taliter autem malum. Si enim humores cor
ruptos uitiorum in anima inuenit. uidelicet
No auariciam superbiam et cetera. tunc multiplex
malum grauissimum in homine operatur. Nam
plerumque homo ex indigna perceptione
corporis christi. corporaliter citius moritur.
Item quia diutius et grauius infirmatur.
Item conscientia hominis plus amaricatur. Item
homo plus induratur et obstinatur.
Item grauius eternaliter dampnatur. De ivtq;
duobus primis uidelicet quod citius quia mori
atur et grauius infirmetur dicit apostolus
ad Cor. xi. Ideo inter uos multi in
firmi et imbecilles et dormiunt multi. Glo. infirmi
febribus et aliis infirmitatibus. et imbe
cilles longa inualitudine. et dormi
unt multi. id est morte corporali moriuntur.
ad correptionem aliorum. De tercio dicitur in
Job. Panis eius in utero illius uerte
tur in fel aspidum intrinsecus [illegible]. Sumptio
panis corporis christi uertetur in fel male
conscientie. Felle inter omnia sensibilia nil
amarius. sic nec mala conscientia ad dolo

License: CC-BY-NC – Fribourg/Freiburg, Couvent des Cordeliers/Franziskanerkloster, Ms. 117 I, f. f.%2093v – Berthold of Regensburg, Sermones (http://www.e-codices.ch/en/fcc/0117-1/f.%2093v)